



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Missionis Anglicanæ Societatis Iesv

More, Henry

Avdomari, 1660

Catholicoru[m] domestica perfugia, n. 20.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38320

1581. dotum eandem cum illo aleam tentandi cupidô, spem acuebat amplioris per occultas domi latebras securitatis.

Catholico-
rum dome-
stica perfu-
gia.

XX. A primis afflictæ Religionis temporibus, quoniam carere Sacerdotum auxilio Catholici in summis ponebant malis, læuientum verò hostium furor neque noctem neque diem ab incurfionis metu liberum concedebat, quò suæ ipsorumque indemnitati aduersus quantamcunque insectantium diligentiam. quibus possent artibus, prouiderent, ingeniosa necessitas famulans pietati domestica latibus subitis euentibus opportuna singulis penè in aedibus docuit fabrefieri. His inter parietum commissuras, aut tectorum vacuitates, aut scalarum obcurritates, cauearumque densitatem, ab fidis nocturnisque operis, vix quoquam domesticorum conscio, fabricatis, & lacra supellex conditur, & sacris operantium salus tuto plerumque committitur, dum in ampla domo quo quaue ad indagandum eatur acutissimus quisque inquisitor ignarus est. Hic igitur *Campianus*, cum duobus quos domi inuenerat Sacerdotibus, quoniam fugæ non patebat via, per fugium quarere coactus est. Admissis deum cum Eliotto militibus, susque deque curritur, pertentantur hinc inde parietes; conclauiam lustrantur; euoluntur lecti; si quid in tabulato malè coharens, si quid in tecto insolentius appareat discerpitur: anguli omnes, omnes ad occasum vsque solis meatus frustra peruestigantur. Tum fessis circumcurrendo militibus, fessus magis ductoris Eliotti truculentiam Centurio, damnare suam ipsiusmet diligentiam, quòd homini nouo ignotoque, quanquam literis Regijs munito, tam facilem se præbuisset; excusare apud dominam importunitatem, veniam facto rogare, imperare discessum. Eliottus contra, indulgentiam militum incusare, quorum seu locordia, seu incuria ij, quos ipse conspexisset oculis, manibus tetigisset, Papistici Sacerdotes sinerentur elabi: statutum sibi esse domum funditus euertere, quò latentes ostendat, vel opprimat ruinà: literas denuò recitare, adiurare Centurionem, minari, nisi noctem diei iungat inquirendo, Senatium Regium haud è re ipsius interpretaturum, cum fuerit totius peracti negotij series Londini exposita: sæpè nocturnum silentium prodere quod diei strepitus occuluit; sæpè lucernam soli prælucere: Quid multa? vicit furiosi hominis immanitas humanitatem Centurionis, & locum induciarum herè abtulit atrocitas proditoris: redeunt ad excubias milites: Illa, quòd præsidij reliquum spes fecerat, lautè exceptos somni quàm vigiliarum amantiore reddidit; neque tamen voti compos, Deo secus disponente, fieri potuit. Noctem habuit indemnem: at matutino tempore, cum rursus Centurio cum suis pararet abire, Eliottus nouis agitated furijs huc illuc amentis instar decurrens, & modò hunc, modò illum parietem tundens, fortè in auersum incidit, & toto corporis nisu malleum fabrillem impingens, locum latebrarum aperuit, vbi tres Christi pugiles Dei voluntatem silentissimè præstolabantur: Oritur repentè clamor; mirantur omnes inopinatum insperatumque euentum, & pro suo quisque ingenio interpretantur. Re ad Berchensis Prouinciæ præsidem (in qua Lisfordia) delatà, is per literas à Senatu regio admonitus captiuos Londinum idoneà cum militum custodia

Campianus
Capitur.

custodiâ mittit. Eius Præsidis in primis humanitate, concursantiumque ad
 spectandum colloquendumque populorum varietate iucundum initio iter
 fuit: At ubi Colbricum peruenere (quindecim milliariibus Londino distan-
 ctum) nouis à Senatu mandatis iubetur uti vincētis omnes post tergū manibus,
 pedibusque sub equorum lateribus ligatis vehantur in vrbem; *Campiani* præter-
 ea pileo ligatur inscriptio *Edmundus Campianus, Iesuita Seditiosus*. Præulere
 v delicta cā pompā Consiliarij Regij, non argumentis deinde sed tormentis
 esse de Religione dimicandum. Londinum (vrbs Tamēsi fluuio incumbens)
 lōgo tractu ad bis mille passus protenditur à via Berchienti ad arcē, in ceteriori
 ripa ad Orientem solem sitam: In eam arcem ducti tres vincēti per vrbs præ-
 cipuas plateas (cū alijs signis non possent) vultu ad hilaritatem factō animi
 æquitatem celsitudinemque, populo ad spectandum effuso, testati sunt. Inde
 in diuersas custodias diuiduntur.

XXI. *Campianum* Odoenus Hoptonus Arcis præfectus initio liberalita-
 ter habitum, sermonum promissionumque blandimentis à directo itinere in
 suam scētam rationemque vitæ auertere ad laborauit: Multa de Regina be-
 nignitate, multa de honorum præmijs quæ consequi posset, de rei familiaris
 amplitudine, deque ipsa sedis Archiepiscopalis obtinendæ spe, & operosè ia-
 ctabat, & spondebat magnificè. Tantamque vel in Aulicæ vi eloquentiæ fir-
 mitatem, vel in splendendorum argumentorum opibus fiduciam poluerat, ut
 cū apud suos victum iam prope esse *Campianum* familiari mendacio spar-
 sisset, omnes per vrbem perque Regnum conciones, non vnus hominis ina-
 ni spe, sed tanquam peracta re personarent, *Campianum* à suis ad alienos de-
 scuisse. At vanam fuisse hanc omnem fabulam non ita multo post perpeffa
 ab eo summa constantiâ grauissima tormenta demonstrarunt Tertio enim in
 equuleo stratus, manibus pedibusque in diuersa distractis, & corporis totius
 compage alternantium trochlearum vi luxatâ, non alio semortis genere ani-
 mam editurum existimauit, quàm hac neruorum artuumque immuni lacerati-
 one conuulsioneque, sustinentis debilitate magis quàm torquentium misera-
 tione quandoque intermissa: ut prodigij simile sit potuisse homines tam
 magnæ audaciæ reperiri, qui Regina ea de re queritanti, & tam inhumanam
 quæstionum crudelitatem tanquam honoris sui labem damnanti interdicien-
 ti que responderent, *Campianum* nequaquam tam grauius tortum, quin &
 ingredi confestim potuerit, & interrogationibus subscribere: Et suaderi id
 fortasse potuisset, nisi post dierum complurium cessationem, in oculis totius
 vrbs confluentis ad tribunalia, cū iudicium de capite diceretur, tam fractus
 afflictuque apparuisset, ut rē manu a quidem de more attollere quiverit, nisi
 à vicino Sacerdote adiutus; qui osculo reuerenter salutatam suâ terexit firma-
 uitque. Atque tam vera illa torquentium miseratio ipsi Regina visa est, quàm
 commentum aliud quod ei dem responsioni inseruerunt, nullam de religione,
 sed de vi omnem de quibus noxijs in Regnum Regnique Principem studijs quæstio-
 nem fuisse: neque enim illa vnquā putauit Sacerdotes huiusmodi tam immanis

Tentatur
 Campiani
 constantia
 primum
 promissa

Deinde tor-
 mentis.

Cambde-
 nus Ao 27.
 Elizabetha

Idem Ao
 24.

M

sceleris